

nem Platoni celebratam demonstrationi Aristotelis invento [319] praferendam esse non videat?

Sed loca Platonis de definitione huc afferamus. In Amatori-
bus ita habet:³⁶ *Quid ergo inquam ego, an videtur tibi posse scire rem
quamvis, an pulchra an turpis sit, quam nesciat ab initio, quod sit?*
5 Haec quaestio an sit, deinde quid sit mox:³⁷ *Nosti ergo, inquam
ego, quod est quippiam philosophari? Et maxime, inquit. Quid ergo
est? In Lachete vero:*³⁸ *Nisi enim hoc ipsum sciamus, quid nam sit vi-
sus vel quid auditus, frustra sane consultores pretii alicuius fiemus. Et
10 postea:*³⁹ *Nonne ergo hoc esse oportet scire, quid nam est virtus. Et:*⁴⁰
*Nonne quod quidem scimus, dicemus etiam quid est? Et Menonis ini-
tio:*⁴¹ *Quod autem nescio quid est, quomodo quale nam sit cognoscam?
An videtur tibi posse esse, qui Menonem non novit^{viii} prorsus, quis
nam sit, hoc scire an pulcher sive dives seu generosus est? Atque haec
15 tertia illa quarti Analytici quaestio est. In Phaedro vero aperte
docuit, antequam ad definitionem descendamus, nominis aequi-
vocum discernendum esse neque id pracepto solum, sed opere
ipso exequitur amoris atque furoris definitiones venaturus. Quae,*

³⁶ τί οὖν, ἐγώ ἔφην, ἦ [εἰ] δοκεῖ σοι οἶόν τ' εἶναι, εἰδέναι πρᾶγμα
ότιούν εἴτε καλὸν, εἴτε αἰσχρόν ἔστιν, ὁ μὴ εἰδείη τις τὴν ἀρχὴν ὅτι
ἔστιν; [Platon, Amat 133.b.7 – 9]

³⁷ οἰσθα ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἔστιν τὸ φιλοσοφεῖν; καὶ μάλα ἔφη. τί
οὖν ἔστι; [PLATO, Amat. 133.c.1 – 3]

³⁸ εἰ γὰρ μὴ αὐτὸ τοῦτο εἰδείημεν, ὅτι ποτ' ἔστιν ὅψις ἷ ὅτι ἔστιν
ἀκοή, σχολῆ γε ἀν σύμβουλοι ἄξιοι λόγου γενούμεθα [corr. ex γενόμεθα].
[PLATO, La. 190.a.6 – 7]

³⁹ ἀρ' οὖν τοῦτο γε ύπάρχειν δεῖ, τὸ εἰδέναι ὅτι ποτ' ἔστιν ἀρετή;
[PLATO, La. 190.b.7 – 8]

⁴⁰ οὐκοῦν ὁ γε ἴσμεν, κὰν εἴποιμεν [εἴπομεν] δήπου τί ἔστι. [PLA-
TO, La. 190.c.6]

⁴¹ ὁ δὲ μὴ οἶδα τί ἔστιν, πῶς ἀν ὄποιόν γέ [όποιόν τέ] τι εἰδείην; ἷ
[εἰ] δοκεῖ σοι οἶόν τε εἶναι, ὅστις Μένωνα μὴ γιγνώσκει τὸ παράπαν
ὅστις ἔστιν, τοῦτον εἰδέναι εἴτε καλὸς εἴτε πλούσιος εἴτε καὶ γενναῖός
ἔστιν. [PLATO, Men. 71.b.3 – 7]

viii Corr. ex novi